

TABVLA RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE XX. APRIL.

CIOIOCLXXXV.

IN CHOANDARVM.

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

D. HELVICVS BERNHARDVS
I A V P

C V M S E N A T V.

Praecipua *triumphi denegati* exempla a scriptoribus rerum Romanarum commemorata exposituri ordine temporum iam iam ad illud perducimur, cuius testem solum iterum *Dionysium Halicarnassensem* Archaeol. Rom. VIII, 26 (*Liuius* enim, Lib. II. cap. 51 res gestas eiusdem temporis enarrans, istius exempli plane non meminit) habemus. Occasio petendi triumphi secundum *Dionysium* haec fuit. A. *Virginio* & *Sp. Seruilio* Coss. id est A. V. C. CCLXXVI bellum graue a Romanis contra *Hetruscos* continuabatur biennio ante inchoatum, atque Romanis tam interneccione *Fabiorum*, quam *Menenii* clade infauitissimum. Hostes tam prope ad ipsam urbem Romam accesserant, vt ipsam montem *Ianiculum* tenerent, e quo tanquam ex arce in agrum Romanum identidem inuehebantur. Ad eos repellendos *Virginus* & *Seruilius* circa mediam noctem subito *Tiberim* ratibus traiecerunt, & antequam dies illuxit, prope hostes castra posuerunt, postridie vero progressi aciem instruxerunt, ita, vt dextro cornu *Virginus*, laevo *Seruilius* praecesset. *Hetrusci* quum Romanos ad proelium paratos cernerent, vehementer lactati sunt, spem scilicet vanam alentes, si ipsis pugna denuo successisset, reipublicam Romanam ab ipsis eueri posse. Nouerant enim, omne Romanorum robur ad illam expeditionem collectam fuisse, atque confidebant, se facile victoriam ab illis reportaturos, quoniam anno ante *Menenii* exercitum in loco iniquo secum congressum vicissent. Commisso igitur acri & diuturno proelio, *Hetrusci* permultos quidem Romanos interemerunt, at longe pluribus suorum amissis in castra sese receperunt. *Virginus* cautior suos hostibus ulterius instare non sinit, *Seruilius* autem cum suis eos, qui sibi erant oppositi, nimis longe vsque ad radices montis *Ianiculi* persecutus est. *Hetrusci* demum conuersi, succurrente etiam ipsis castrorum praesidio, tantum in *Seruili* milites imperum fecerunt, vt terga verterent, atque disiecti passim caederentur. *Virginus*, quum fugam *Seruilianorum* cognosceret, auxilia illis laturus copias suas per montem transuerso itinere duxit. Postquam a tergo hostium *Seruilianos* insequentium venerat, partem copiarum ibi reliquit, vt nempe prohiberet, quo minus e castris eruptio fieret, & cum reliquis militibus hostes inuasit. Interim *Seruilian* quoque, animis aduentu commilitonum firmato, sese a fuga conuerterunt, ita vt *Hetrusci* ab verisque circumuenti erucidarentur. Consul castris ante caesorum cadauera positis noctem ibi transegerunt. At *Hetrusci*, quibus auxilia sperata non mittebantur, *Ianiculum* profusa relinquere decreuerunt, & noctu castris motis *Veios*, proximam *Hetruscorum* urbem, profecti sunt. *Romani*, castris eorum potiti, omnia impedimenta, quae ibi relicta erant, diripuerunt, multosque saucios, qui effugere non poterant, ceperunt. Dirutis castelli munitionibus, in urbem simul cum spolijs hostium e cadaveribus eorum, qui in proelio ceciderant, redie-

runt. Breuius eandem rerum seriem *Linius II.* et his quidem verbis complexus est: "Traiecto nocte Tiberi, *Herrusci* castra *Seruilii* consulis adorti sunt oppugnare, inde fusi magna caede in Ianiculum se aegre receperunt. Confestim consul & ipse transit Tiberim, castra sub Ianiculo communit; postero die luce orta, nonnihil & hesternae felicitate pugnae ferocis, magis tamen, quod inopia frumenti in praecipitia agebat consilia, temere aduerso Ianiculo ad castra hostium aciem erexit, foediusque inde pulsus, quam pridie pepulerat, interuenientem collegae ipse exercitusque eius est seruatus, inter duas acies *Herrusci*, quum inuicem his atque illis terga darent, occisione occisi." Cui quidem laetitiae de *Herrusci* fugatis quum luctus propter tot ciues in duobus proeliis occisos admixtus esset, sapienter senatus, teste *Dionysio*, constituit, diis quidem debitas supplicationes habendas, at utrique consuli triumphum, quem petierant, denegandum esse, quoniam non sine clade, non sine insigni multorum ciuium iactura victores fuerant. Accedit, quod si soli *Virginio*, qui rem restituerat, triumphum decreuissent, aegre id *Seruilii* tulisset, qui communiter cum *Virginio* non solum hostes pridie in castra repulerat, sed etiam die postero non nisi acriter nimis eos persequendo peccarat, & tandem in castris eorum expugnandis opem praestiterat — His praemissis, iam ipsum lectionum aestuarum schema delineabimus, quas quidem multis verbis Vobis, *Commilitones aestuarissimi*, commendare, propter insignem Vestrum scientiarum artiumque liberalium amorem superfedere possumus. Offeruntur hic diligentiae atque industriae Vestrae omnium generum subsidia atque incitamenta, quibus Vos sedulo vfuros esse confidimus.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD hora matut. VIII. *Doederleinii theologiae moralis* praelegeret quinque per hebdomadam horis. Hora X. antemerid. *Pauli* epistolas ad *Galatas*, *Ephesios*, *Philippenses*, *Colossenses*, & *Thessalonicenses*. e fonte Graeco interpretabitur, itidem quinque per hebdomadam horis. *Collegium* quoque historico-dogmatico-polemico-symbolicum aperiet, ubi par labori sustinendo auditorum sese numerus exhibuerit.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ, hor. VII - VIII historiam ecclesiae I. C. recentiore, filium breuiarii *WALCHIANI* sequuturus, enarrabit. Hor. VIII - IX epistolam ad *Ebraeos*, nec non prior. ad *Corinthios*, ex recensione textus *GRIESBACHIANA*, interpretabitur. Exercitia disputatoria instituet hora commoda.

CAROLVS CHRISTIANVS PALMER Quinque dieb. h. X. historiam ecclesiasticam inde a C. N. h. XI. dogmata religionis christianae, h. III. doctrinam de officiis Christianorum; binis dieb. h. VIII. introductionem in libros N. T. tradet. Exercitationibus pro concione dicendi libenter praeerit secundum ea praecepta, quae per semestre praeteritum tradidit.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Institutiones ex *HEINECCIO*, *Pandectas* ex *HELLFELDIO*, ius Canonicum e *BOEHMERO*, ius Criminale e compendio suo horis consuetis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. VII - VIII. *Ius Feudale* *BOEHMERO* duce docebit. Hor. II - III. *Historiam Imperii R. G.* *PÜTTERI* compendium secutus narrabit. Hor. III - IV. *Collegium elaboratorio practicum* habebit, alternisque diebus *praelectiones encyclopaedicas* offert.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP *ius Germanicum priuatum* e *SELCHOVIO*, *ius publicum* *S. R. I.* praecunte *PÜTTERO*, eodemque duce bis de hebdomade *ius priuatum principum*, tradet; paratus etiam ad praelectiones in *processum summorum imp. tribunalium*.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BÜCHNER. *Privatim* hora IX-X. & XI-XII. ad HELFELDII iurisprudentiam forensē secundum ordinem pandectarum commentabitur. Hora X-XI. principia iuris naturae & gentium praeunte HOEPFNERO docebit. Hora auditoribus commoda; historiam iuris duce SELCHOVIO enarrabit.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX-X. Physiologiam duce Metzgero. H. X-XI. Anatomiam theoreticam praeunte Plenckio explicabit.

D. CAROLVS GVILELM. CHRISTIAN. MÜLLER h. VII-VIII. Historiam naturalem regni vegetabilis ad Systema immortalis *Linnaei* docebit; h. VIII-IX. Mineralogiam & h. II-III. Chemiū dogmatico-experimentalem offert. Experimenta physico-chemica d. Lunae & Mercurii h. II-VI, & excursiones botanico-mineralogicas d. Saturni instituet.

D. ERNESTVS SCHWABE, explicabit Vteri *Grundlage medicinisch-anthropologischer Vorlesungen, für Nichtärzte*; docebit *artem obstetriciam theoreticam*; secundum Steinii *Hebammen-Catechismus*; offert praelectiones in *Medicinam forensē*, & *artem veterinariam*.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II-III *Odas Horatii* illustrabit, Hora III-IV *stili cultioris Latini* praecepta praeunte Schellero tradet, Hora IV-V *Notitiam librorum*, cuius studio vtilissimorum, duce Millero exhibebit, Hora V-VI *Artem poeticam* e libro *Celeb. Eberhard* docebit, ad alia quoque paratissimus. Bibliothecam publicam diebus Mercurii atque Saturni Hora II-III aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Hist. P. P. O. Historiam *uniuersalem* hor. VIII. *Europaeam* hora X. ad *Compendia* a se edita, *ecclesiasticam* N. T. ad *Comp. Schroeckhianum* docebit hor. II.

GVIL. FRID. HEZEL, LL. O. O. P. P. O. offert institutiones linguarum *Arabicae* hor. VII matut. — *Graecae & Hebraicae* hor. X. Interpretabitur & *librum Iob* hor. XI.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oecon. & scient. Camer. P. P. O.* Hora XI-XII. quinquies per hebdomadem, *Oeconomiam politicam*, seu *doctrinam*, quam dicunt, *cameralem, theoretico-practicam*, (*Praktische Kameral-und Finanzwissenschaft*), ad filium suum tradet. Hora II-III. *Politicam*, vt vocant, s. *scientiam ciuitatis instituendae & administrandae*, proponet. Hora IV-V. *Historiam Europae recentiorē*, (*Neue Staatengeschichte*), narrabit, ill. *Spitleri* compendium (*Entwurf der Geschichte der europäischen Staaten*, Berlin 1793.) sequuturus. Hora V-VI. *Geographiam totius orbis terrarum & physicalem & politicam*, ad *Fabri* libellum, explicabit. Paratus & ad praelectiones in *scientiam forestalem*, nec non in *Statisticam*, quam dicunt, & *Imperii Germanici & Europae regnorum*.

IO. FRIDER. ROOS, Ph. D. & P. P. O. *Historiam catholicam* h. I-II; *Historiam* regnorum ac rerumpublicarum *Europae* h. III-IV, *Beckii* atque *Galletti* libellis vsurus, docebit. *Encyclopaediam Historicam*; duce *Schmidt* dicto *Phiseldack*, aut *Linguae Anglicanae* institutionem desiderantes, haud destituet.

GEORG. FRID. WERNER, P. P. O. collegium in *rem censualem* (über das Steuerwesen), morbi causa interruptum, continuabit h. XI-XII. *Geometriam practicam* h. II-III. leget. Ad alia in *Mathesin puram vel applicatam* spectantia paratus.

FRID. LVD. WALTHER, P. P. O. *Historiam naturalem arborum & fruticum Germaniae* Hora VII-VIII. docebit, *Zoologiam forestalem* hor. XI-XII. tradet. Ad *praelectiones in Oeconomiam generalem* paratus erit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, Prof. M. P. O. *Mathesin puram* Hora VI-VII, *Mathesin applicatam* Hora XI-XII ante Meridiem priuatim docebit. De usu *Micrometri* in *Geometria practica*, (nach seinem vollständigen Unterrichte über den Gebrauch des Mikrometers &c. &c.) publice tractabit.

I. C. G. SCHAVMANN *Philosophiam moralem cum Psychologia* h. IV-V *Logicam & Metaphysicam* h. III-IV proponet. *Selectum* auditorum numerum *Theoriam pulchri atque sublimis, artiumque*, quibus ex hac principia sua suppedantantur, docebit h. V-VI. De rebus aetatis nostrae nouis secundum principia iuris publici gentiumque hora adhuc indicanda publice disputabit.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERIC. GVIL. DAN. SNELL, Philos. Prof. P. E. O. hora VI-VII. *mathesin finitorum* duce Eberto tradet. Hora III-IV. *principia philosophiae criticae* duce Schmidio docebit. Ad alias *praelectiones philosophicas & mathematicas* paratus est.

IO. GEORG. FRIDER. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. Hor. X. *Grammaticam hebraeam* tradet; Hora III. in *Psalms* commentabitur.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT, horis iusto tempore indicandis *Historiam ecclesiasticam* sec. XVIIIimi, nec non *Historiam criticam Nou. T.* (Einleitung in's N. T.) narrabit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra, Anglicae, Gallicae & Italicae linguae scholis*, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.
